141

fructificantes; In illo paradiso unum Unumquodque genus
sementis in suo perseuerat statu; In isto uero paradiso si inuenero labrus
cam, ut eam uberem efficiam; si inuenero oleastrum, ueram oliuam efficio;
talis enim est terrae istius natura; propter haec gaudeo, praeter haec mit
to satisfactionem; Quod uero nos adduxit tanti temporis longitudo, sus
cipite satisfactionem meam karissimi; si seruum alicubi dirigatis, nonne
reuertentem exigitis causas ubi moratus sit, ubi tantum expenderit
temporis; & ego seruus sum uestrae caritati; ementis enim me non
pecuniam conferentes, sed caritatem ostendentes; Gaudeo quippe
tali seruitio mancipatus, nec umquam hoc famulatu opto me solui;
& enim istud seruitium mihi libertate eligantius; Istud seruitiū
In illud tribunal beatum conlocauit mihi sedem; Istud seruitium
non est necessitatis sed uoluntatis; quis enim non libentissime seruiat
dilectioni uestrae tam elegantissimis amatoribus; quod & si lapideam
haberem animam, ceream fecissetis molliorem; quid dicam desiderio
uestro & fauori, quem hesterno ostendistis die; quomodo uoces uestrae
cum gaudio caelum penetrarunt, ipsum scificantes aerem, ciuitatem fe
cistis ecclesiam; honorabar ego & ds glorificabatur; heretici confun
debantur, ecclesia uero coronabatur; quia magna laetitia est matri cum
exultant filii, & grande gaudium pastori cum exultant agni gregis; Ueni
ad gaudia uirtutum uestrarum; Audiui quia cum hereticis conluctati es
tis, & qui inique egerunt in baptismo redarguistis; Numquid in cassum di
cebam; quoniam casta uxor absente uiro repellit adulteros, absente pastore abigit
lupos; sine gubernatore nautae saluauerunt nauem; Sine duce milites uic
toriam reportarunt; Sine doctore discipuli proficerunt; sine patre filii
roborati sunt; immo magis non sine patre; uester enim profectus meum gau
dium, mea gloriatio, mea corona est; Sed desiderabamus inquid te cum face
re pascha; satisfactio dilectioni uestrae; quippe iam cum iracundiam
uestro dissoluerit is aspectu; Nam si pater prodigum suscipiens filiū
statim reconciliauit, neque paenas exegit ab eo, sed ilico amplexus
est; multo magis filii patrem suscipientes; sed tamen & ad hoc respondeo.
pascha mecum inuitis facere habebatis; nemo prohib& hodie uos mecū
facere pascha; sed forsitan dicitis; Numquid duo pascha facturi sumus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0287